

Johannes Vorst Alexander Christian Bilger

## **De Sceptro Et Iudicibus Qui Ex Iudae Posteris Non Deficere Debuerunt, Donec Messias Venisset, Diatribe Historico-Philologica**

Rostochi[i]: Richelius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740003259>


Druck Freier  Zugang



RA. Med. 1653

Vorskius, Thomas/a  
Vort. Dillger, Alexander Christian







ΣΥΝΘΕΩ  
DE  
SCEPTRO  
ET JUDICIBUS

QUI EX JUDÆ POSTERIS NON DEFICERE DEBUERUNT, DONEC MESIAS VENISSET,

DIATRIBE HISTORICO-  
PHILOLOGICA,

QVÆ  
IN ILL. ACADEMIA ROSTOCHIENSI  
PLACIDÆ VENTILATIONI SUB-  
JICIETUR,

A  
PRÆSIDE

M. JOH. VORSTIO,

ET

RESPONDENTE

ALEXANDRO CHRISTIANO BILGÈRO,  
SLESVICENSI.

DIE XXVII. JANUARIIL.


— : —

ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat. Typographi.

ANNO M. DC. LIII.

1093





SERENISSIMO ET CELSISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO,

DN. FRIDERICO,  
HEREDI NORVEGIÆ, DUCI SLES-  
VICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ ET  
DITHMARSIAE, COMITI IN OL-  
DENBURG ET DELMEN-  
HORST, &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

**R**egia progenies, Sidus pranobile mundi,  
Dulce decus patrii delictumq; soli:  
Virtutum sublimis apex, quem quisque salutat  
Illustrem Themidos, Pieridumq; Patrem:  
Non mea Barbaricas offeri Tibi pagina gemmas,  
Sive quod è terrâ divite mittit Arabs;  
Sed neque queis rutilis radiat Pactolus arenis,  
Aut quæ præterea munera Tagus habet.  
Si tamen & superi placantur thure Sabæo,  
Nec contemnit opes Jupiter ipse datas:  
Aspice, quæso, favens, Tua quas mihi Gravia largo  
Fœnore Pierias conciliavit opes.  
Adspice, quos roseis flores Sapiencia in horis,  
Nec non Aonia contribuere Dea.  
Sû placidus votis subscripseris hisce: videbor  
Attalicâ prorsus conditione frui.

VEST. SERENIT.

Servus, Cliens & Alumnus devotissimus

ALEXANDER CHRISTIANUS BILGERUS,  
SLESVICENSIS.





# ΣΥΝΘΕΩ.

DE

## SCEPTRO AC MAGISTRATU, NON RECESSURIS A JUDA, ANTEQUAM VENISSET MESSIAS,

**C**um divus Patriarcha Jacobus jamjam excessurus è vitâ esset, differuit is divino afflatu apud filios suos, hisq; prædixit, quibus fati ipsorum, atqve adeò sui quoq; ipsius posterì usuri essent. Et de aliis quidem aliter, de Judæ verò posteris hunc in modum, atqve his inter alia verbis vaticinatus est:

לא יסור שבט מיהודה ומחוקק מבין רגליו עד כי יבוא שילה.  
Quæ verba non inconcinne sic verti posse arbitramur: *Non recedet sceptrum à Judæ, nec judex (qui causas cognoscat & secundum leges judicet) à femoribus ejus, donec veniat Schilo.* Varia super his interpretaméta usq; ad hanc nostram ætatem sunt prodita: alia quidem veteri ævo, alia verò nostrâ ac patrû memoriâ. Eorundem porrò alia lōgissimè absunt à vero: alia prope modò: alia nihil quicquam. Quæ verò interpretatio maximè concinna est, quæq; antiquissima, eam vulgò ab hominibus nostræ ætatis observamus negligi. Quamobrem operæ pretium existimamus, eam ipsam interpretationem quasi in usum revocari, quamq; concinna rectaq; ea sit, hominibus probè ob oculos poni.

II. Principio id satis apparet, in istis s. Patriarchæ verbis certum temporis terminum figi, ad quem usq; non desitura quædam sint. Isq; terminus exprimitur istis verbis, עד כי יבוא שילה, *donec veniat Schilo, usq; ad istud tempus quo Schilo veniet.* Ut autem sciamus quodnam tempus designatum sit, cogitare oportet, quis per

A

vocem



vocem *Schilo* intelligendus sit: quid item illud sit, *Schilonem venire*. Hic verò sententiæ atq; interpretationes ad eò congruunt, *per Schilonem intelligendum esse Messiam*, ut ne Judæi quidem dissentiant. De Christianis res satis nota est. Veteres Paraphrastæ Chaldæi autem, manifeste vertunt in eam sententiam. Et Onkelos quidem: **עד דיתי משיחא** usq; ad illud tempus quo Messias veniet. Jonathan autem: **עד זמן די ייתא מלכא משיחא** usq; ad illud tempus, quo veniet Rex Messias. Targum Hierosolymitanum item non discrepat. In Talmude quoq; non desunt, quæ huc faciunt. In Codice *Sanbedrin cap. IX.* quæritur inter alia, quodnam futurum sit nomen Messia. Et respondetur, familiares R. Schela dixisse, quod nomen ejus futurum esset **שילה**, *Schilo*, juxta illud quod dictum sit, donec veniat *Schilo*. In antiquo *Commentario*, *Bereschith Rabba* dicto, legitur itidem: **שילה זה מלך המשיח**, *Schilo*, hic Rex Messias. Nec dissentiunt recentiores Interpretes Judæi, R. Kimchi, R. Salomon, R. Bechai, aliiq;. Per Cabalam quoq; ex vocibus **יבא שילה** conficiunt **משיח**. Utrumq; scilicet nomen habet numerum CCCLVIII.

III. Quodnam autem vocis sit etymon, de eo discrepant auctores. Quidam putant, **שילה** esse nomen cum suffixo, & significare idem quod **בנו** *filius ejus*. Sciunt illi, vocem **שיל** significare *secundinam*. Conjectant igitur, vocem **שילה** esse eandem illam; sed cui suffixum **ה** adhæreat, quemadmodum & aliàs quandoq; pro suffixo **ו** solet **יה** apparere. Significationem autem statuunt metonymicam, dum vocem eam quæ aliàs *secundinam* significat, hoc in loco *filium* significare putant. Alii, & fortasse rectius, existimant, omnes vocis literas esse radicales, & formatum esse nomen **שילה** à Rad. **שלה** *tranquillum esse*, quemadmodum à suis Radicibus formata sunt nomina **קיסור** *fumus*, **קיסוש** *carduus*. Ita **שילה** *tranquillum, tranquillitatis autorem* significaverit. Et hoc nomine **אט' ע'ס'ג'ג'ג'** dictus fuerit Christus, quemadmodum & nomine **משיח אט' ע'ס'ג'ג'ג'** est dictus. Talia autem nomina, cum nominibus propriis æquipolleant, in versionibus concinnum videtur non apparere versa una cum cæteris; æquè scilicet ac ipsa nomina propria verti non debent. Sic etiam, si in cap. IX. Dan. vertere velis ista

יכרה



יכרר משיח, rectè sic veritas, *excindetur Maschiab sive Messias.*  
 Positum hìc quoq; est vocabulum commune κριτ' ἀντινομισίας, pro  
 Salvatoris nostri proprio. Quamobrem & hic rectè fiet, si vox ista  
 non vertatur. In Evangelio Johannis, cum verba Hebræa Græcè ex-  
 primenda essent, reperimus sic versum: Ευρηκα μωυ & Μεσσίας. οἱ δὲ  
 ἦν Μεσσίας ἔρχεται. Vides, vocem משיח, quæ κριτ' ἀντινομισίας  
 pro proprio nomine usurpatur, cum alia Hebræa verterentur, non  
 unâ esse versam.

IV. Cum igitur constet, per vocem משיח designatum esse  
 Christum, facile etiam liquere potest quid illud sit, *Schilonem venire.*  
 Nimirum ejus ἐπιτοκισίαν sive *adventum in carnem*, isto verbo signi-  
 ficatum apparet. Ergo hæc ténus id constat, usq; ad illud tempus quo  
 Christus natus fuit, non debuisse fieri, ut sceptrum à Judâ, & judex à fe-  
 moribus ejus recederet. Quid autem illud, sceptrum à Judâ non reces-  
 surum? Nos hic ferè jam pro concessio sumimus, vocem מושב in ver-  
 bis Patriarchæ significare *sceptrum*. Id verò non facile concesserint alii.  
 Quamobrem cum his primò congregandum fuerit. Est omnino vox  
 מושב מלכות in sacris, significatq; tum *baculum, virgam*: tum  
*stylum, calamum*: tum *telum, spiculum*: tum *sceptrum, instrumentum*  
 & *insigne Regum*: tum *tribum, familiam*. Sed & metonymicè  
*percussionem, plagam*, quæ sc. baculo fit, significat. Est verò inter o-  
 mnes istas significationes homonymia propinqua: quam ipsam homo-  
 nymiam consilio appellare solent. *Baculus, stylus, telum, sceptrum* aliq; à  
 ratione inter se conveniunt; eo putâ, quod omnia ista unam quandam  
 formam, oblongam sc. & teretem habent. Deinde *baculus* & *per-*  
*cussio* sunt itidem aliq; à ratione cognata. Nee non & *baculus* & *tri-*  
*bus sive familia* aliq; à ratione congruere videntur. Quæ autem con-  
 venientia his proximis intercedat, de eo variè conjeclarunt Philolo-  
 gi. Schindlerus putat, *tribum* dici מושב, quòd ex uno patre, tanquam  
*baculus ex unâ arbore sit enata*. Avenarius verò sic dictam putat,  
 quòd *duodecim tribus in totidem virgis descriptæ essent*. Marcus Mari-  
 nus deniq; quòd *XII. tribus Patriarchæ quasi baculus & fulcimen*  
*fuerint*.

V. Ex variis istis significationibus Judæi quidam arripiunt  
 istam,



istam, quæ vox metonymicè *percussionem, plagam* significat. Hos verò multis refellere nunc non placet. Alii, & illi quidem Christiani, cogitarunt, שבט in nostris verbis significare *tribum, familiam, cœterum hominum ab unâ stirpe oriundorum*. Prodiderunt hanc sententiam Tremellius & Junius in versione suâ. Verterunt enim sic: *Non desistet tribus à Jhudâ*. Secutus postea illos est Piscator. Isq; in Quæst. in Gen. scripsit, *vaticinii sensum esse, non desituram tribum Judæ, antequam veniret Christus*. Secutus item est Cl. quidam Theologus ex nostris. Ea verò interpretatio nobis minùs concinna videtur, propterea quòd sic nihil peculiare prædictum esset de tribu Judæ. Sanè & cætera tribus usq; ad ἐνοβιαστων Christi à se invicem distinctæ manserunt. Scivit S. Hanna, se ex tribu Aferis esse. Scivit & S. Elisabetha, se ex posteris Aaronis, atq; adeò ex tribu Levi esse. De tribu Judæ autem plus sanè quam verisimile est S. Patriarcham peculiariter quædam voluisse prædicere; quemadmodum & de cæteris tribubus, quæ quibusq; peculiariter futura essent, prædixit. Accedit quòd alii cuidam interpretationi plus favet *ὧν ἐπέεα* textus, omniumque veterum interpretum consensus.

VI. An igitur *sceptrum* intelligemus? *σασ* illud atq; insigne, quo Reges uti solent. Sanè istiusmodi *σασ* voce שבט significatur in Ps. XLV, v. 7. in his verbis, שבט מישור שבט מרכוץ, *sceptrum rectitudinis (rectum) est sceptrum regni tui*. Sic & Ezech. XIX. v. 11. dicitur, שבטי מושלים, *sceptra dominantium*. Et v. 14. שבט למשור *sceptrum ad dominandum*. Est ibi allegoria quædam de urbe Hierosolymis; fuisse eam tanquam vitem ad aquas plantatam, ejusq; surculos adeò excrevisse, ut ex his sceptra Regum confieri potuerint: posthinc verò eandem vitem non amplius tales surculos habituram. Sensus verborum, ut facillè apparet, est iste: Hierosolyma adhuc Reges ex suâ gente habuisse, posthinc verò ex eadem gente non amplius Reges existuros. D. Amos in cap. I. de Ascalone prædicit, *excisum iri ex illâ שבט הומך tenentem sceptrum*, hoc est שר principem Ascalonitarum. In cap. X. Zach. item, v. ult. de temporibus N. T. prædictum reperimus hisce verbis, שבט מצרים יסור *sceptrum Egypti recedet*. Sensus est, *Regem Egypti non amplius dominaturum in Israëlitis, eosq;*



*eosq; afflicturnm: sed contra Israelitas dominaturos Egyptiis, dominio scilicet spirituali, quod tum in V. T. tum & in N. T. verbis dominium mundanum significantibus saepe describitur. An igitur, ut dicebam, in nostro quoq; loco sceptrum, insigne illud regium, intelligemus? Sanè ubi vertendum est, sic omnino verterimus nos, ut initio jam significatum est: Non recedet sceptrum à Judâ. Non tamen per vocem שׁוֹטֵף ipsum illud שׁוֹטֵף regium intelligendum fuerit, sed illud potius cuius signum est sceptrum illud, hoc est, potestas & imperium regium: quin & amplius ipse homo qui potestatem ac imperium regium habet. Sic duplex metonymia intercedet; una quidem signi pro signato: altera verò adjuncti pro subiecto. Porro & in Latinâ versione, ubi vox sceptrum apparet, eadem illa vox per duplicem metonymiam usurpata est. Neq; enim opus est, siquid vertere velis, mera vocabula propria usurpare: sed ipsos tropos in versione quoq; apparere satis concinnum est.*

VII. Si igitur per vocem שׁוֹטֵף intelligamus ipsum hominem, qui sceptrum tenet, שׁוֹטֵף וְיָמֵךְ ut in cap. I. Amos appellatur, ipsum illum qui regiam potestatem habet; si inquam, talem hominem intelligamus, sensus verborum exister talis, *Non recessurum Regem à Judâ, nec iudicem à femoribus ejus, antequam veniat Messias. Quid autem illud est, non recessurum Regem à Judâ? An amplius hic sensus erit, non desiturum Regem à Judâ (semper ex Judâ Regem existurum, semper ex Judâ posteris aliquem futurum Regem)* Sanè hunc intellectum ex istis verbis ceperunt veteres. Ταύτην ἐξήρην κηλῶς. Addiderunt autem quidam illorum, S. Jacobum id voluisse, ex Judâ posteris continuè Reges existuros, donec Christus nasceretur. Atq; idem illud eventu quoq; fuisse comprobatum, nihil dubitarunt. Cyrillus Alexandrinus in lib.

VIII. contra Julianum in eam sententiam sic scripsit: *Cum redissent in patriam, tunc apud illos accepit sceptrum Zorobabel, Salatbiel's filius de tribu Juda. Quomodo igitur cessasse dicitur regnû David in Zedekia, cum Zorobabel, ut dixi, post captivitatis tempus in regni solio confederit, fueritq; è tribu Juda & David; transmissumq; sit per posteros illius sceptrum usq; ad regnû Herodis, qui ex matre quidem Judæa fuit, sed ex patre alienigenâ.* Apparet ex his satis manifeste, sanctum istum doctissimumq; Patrem sic omnino per suasum habuisse, Zorobabelem, & post



hunc longâ ferie alios ex ipso ortos, suæ gentis Reges fuisse. Ante illum verò senserat jam ita Origenes, & in hom. XVII. in Gen. hæc scripserat: *Constat usq; ad nativitatem Christi non defecisse principes ex genere Judæ, nec duces de femoribus ejus usq; ad Herodem Regem, qui secundum historiæ fidem, quam Josephus scribit, alienigena fuisse & per ambitionem in regnum Judæorum dicitur irrepsisse. Statim ergo ut hoc factum est, & ut defecit dux de femore tribus Judæ, advenit cui erat regnum repositum. Scripsit & Hieronymus in eam sententiam in Comment. ad cap. I. Zephanjæ: Quia semel tropologicè exponere cepimus, Visitabit Dominus in adventu & passione Salvatoris, id est, in die hostiæ filii sui super Pontifices & super sacerdotes populi Judaici & super domum regiam. Usq; enim ad illud tempus perseveraverunt Reges Juda de stirpe Davidis secundum prophetiam Jacob, Non deficiet Princeps &c. Post hostiam enim Domini sublatum est regnum de Judæis. Porro & Augustinus lib. XII. cont. Faust. Manich. cap. 47: Sunt literæ certissimæ, historiæ ipsorum quoq; Judæorum, quibus ostenditur, primum alienigenam Regem fuisse in gente Judæorum, quo tempore natus est Christus. Ita non defuit Rex de semine Judæ, donec venirent quæ reposita erant. Allegavit plerumque ista loca jam ante nos Vir summus, Is. Casaubonus in Exercit. primâ c. Baron. Amplius verò & Ruffinum, Theodoretum, Isidorum Hispalensem, Venerabilem Bedam. Quod verò & Paraphrastas Chaldæos huc trahere voluit, nos ei non adstipulamur. Sed de eo videbimus postea.*

VIII. Omnes isti Patres, ut apparet, insigniter hallucinati sunt: unaq; cum illis Cæsar Baronius, qui meritò quoq; eo nomine à Casaubono est reprehensus. Certa enim res est, ultimum Judæorum Regem ex tribu Judæ oriundum, fuisse Zedekiam: qui cum in fide non maneret, à Nabuchodonosoro captus & oculis privatus fuit. Vixit autem Zedekias iste 100. circiter annis ante natum Christum. De posteris Jechoniæ, qui Zedekiam proximè antecessit, clarè vaticinatus est S. Jeremias cap. XXII. v. 30, non futurum eorum quenvquam qui rex esset. Verba sic habent: *Non tam felix erit quisquam de semine Jechoniæ, ut sedeat super solium Davidis, & in Judâ amplius regnet.* Pari ratione & Ezechiel in cap. XXI. v. 27. prædixit, inde à Zedekie temporibus usq; ad tempora Messie ex ejus posteris neminem futurum



rum qui Rex esset. Verba ibi sic habent: *Tu autem Dux Israël, qui profanus & impius es & cujus dies veniet cum tempus iniquitatis ex actum erit: sic dicit Dominus, depone ci darim, & tolle coronam, hoc non amplius sic erit (non amplius erit iste rerum status.) quod enim depressum fuit id exaltabitur, quodq; exaltatum, id deprimetur.* עוה עוה אשימנה גם זמרת לנ הורה עד בונה אשר לו המשפט ונתתיו  
*Vanitatem, vanitatem, vanitatem faciam illam (coronam) Etiam hoc non amplius sic erit (non erit amplius talis rerum facies) donec veniat is cuius est iudicium (Messias) & illi dabo (coronam.)* Insignia planè sunt ista Exechielis verba. Latinus autem ita vertit, ut intellectus eorù non facile appareat. Germanicus noster sic habet: *Ich wil die Krone zu nichte/ zu nichte/ zu nichte machen/ bis der komme der sie haben soll/ dem wil ich sie geben.* Quod ad priora quidem perconcinne. Hæc autem verba המשפט אשר לו, in eâ versione non apparent expressa. Idem planè eorum sensus est qui horum apud Jeremiam cap. XXIII. עשה משפט וצדקה בארץ, faciet iudicium & iustitiam in terrâ.

IX. Et sic fanè, ut Prophetæ varicinati fuerunt, postea quoq; fuisse factum, ex historiâ posteriorum temporum liquidò appareat. Post remotum Zedekiam & templum urbemq; exustam, captivitas intervenit complurium annorum, quinquaginta circiter: usq; ad vigesimum primum Cyri scilicet, qui in sacris literis II. Par. ultimo, Esr. I. *Cyri primus* appellatur, quoq; Israëlitis permissum fuit, ut ad antiquas sedes remigrarent. Cum verò in Palæstinam reduces essent facti, Zorobabel, Sealthiel filius, Jechoniæ autem nepos, inter suos primarius quidem, non tamen Rex fuit, nec unquam hoc nomine fuit appellatus. An verò & posteri ejus consimili inter suos dignitate fuerint, de eo non constat. In *Seder Olam* quidem, libro Chronico non ita antiquo, legimus Zorobabeli successisse filium Mesullam, & ex ejus stirpe alios quosdam. Sed quis securè his credendum dicet? Cl. Helvicum fanè mirum est, cum is in Comp. suo Chronologico Pseudophilonis Anniani nugæ rejiceret, isti Chronico de conditione posteriorum Zorobabelis tam securè accredidisse. Tempore Artaxerxis Longimani ab hoc ipso Rege illustris potestas delegata fuit D. Esræ, summi sacerdotis qui tum erat, patruo; ut is in Palæstinâ causarum arbitros



bitros ac iudices constitueret. Ita nim. verba habent in cap. VII. Esrae, v. 25 : Tu autem Esra constitue iudices & praesides ut iudicent omnem populum, qui est trans flumen. Aliquot annis post, vigesimo anno puta Artaxerxis Longimani, illustrem potestatem sortitus fuit Nehemias ; ut nim. in Palaestinam iret & urbem curaret mœnibus cingendam.

X. Interjecto deinde tempore praecipuam potestatem, quam quidem Hebraei, Persarum Regibus subjecti illi, habere poterant, penes Pontifices Maximos fuisse proditum est. Cum Alexander M. indignabundus Hierosolyma contenderet, praecipua inter Iudaeos dignitas atque autoritas fuit Jadduae. Quod liquido apparet ex eo, quod cum de successibus Alexandri inaudivisset, ipse praecipue curam gessit, quo pacto cum Alexandro agendum foret. Vide extremum l. XI. Αρχαιολ. Iosephi. Aliquanto tempore post, cum rerum in Aegypto potiretur Ptolemaeus Evergetes, summum sacerdotem itidem obrinuisse praecipuam potestatem inter suos, apparet ex rebus gestis Oniae Simonis Justi filii. In cap. IV. lib. XII. Αρχαιολ. Iosephi legimus, Oniam habuisse πρεσβυσιαν τῆ λαῶν καὶ δεχισθεατικὴν τιμὴν, administrationem sive praefecturam populi, & Pontificalem honorem. Ibidem quoque profitemem reperimus ipsum Oniam, se μήτε ἄρχειν θέλει, καὶ τὴν δεχισθεωσύνην, καὶ δυνατὸν, ἐπιμῶς ἔχειν διαφέρειν, neque cupere imperare amplius, & paratum esse Pontificatum, si fieri possit, deponere. Imò de summis Sacerdotibus istorum temporum in universum, Iosephus in lib. XI. cap. 4. his verbis prodidit : οἱ δὲ δεχισθεῖς πρεσβυσιῶν τῶν πραγμάτων ἄρχησι ἔσονται Ἀσμωναῖος Συνέβη βασιλεύειν ἐκρήνας. Summi autem Sacerdotes rebus praefuerunt, donec Asamoni (Matthiae) posterus contigit regnare. Loquitur ibi de istis temporibus quae post dedicationem templi fuerunt. Alibi verò comprehendit ista quoque tempora, quae post reditum Israelitarum in Palaestinam prima fuerunt. In cap. VIII. lib. XX. haec habet : Post septuagesimum Babylonicæ captivitatis annum Cyrus Persarum Rex dimissis Babylone Iudaeis, & reversis in antiquam patriam, permisit templum denuo condere, quando Iesus Iosedeci filius assumpsit summum sacerdotium. ἔτι δὲ καὶ οἱ ἐκγονοὶ αὐτοῦ, πεντηκίδεκα ἄπαντες, μέχρι βασιλείας Αντίοχου τοῦ Εὐπάτορος ἐπολ-



*ἐν δὲ τούτῳ ἡμετέρον, ἐν πταρδὸν δὲ ἡγεσάσθαι. Ille & eius posteris, quindecim in unum sum, usq; ad Regem Antiochum Eupatoris statum Reip. popularem rexerunt per annos CCCCXIII.*

XI. Cum Mattathias ad arma contra Antiochum Epiphanem sumenda suam gentem vocasset, ejusq; deinde filii contra hostem egregie rem gererent, hi ipsi præcipuâ inter suos potestate atq; auctoritate fuerunt. Notum est, ipsos illos summum gessisse sacerdotium. Tandem & Reges se appellasse. Et primum quidem inter illos Aristobolum, Johannis Hircani Filium, Simonis verò nepotem, & Matathiaæ pronepotem. Hi verò non ex tribu Judæ, sed ex tribu Levi oriundi fuerunt. In lib. I. Maccab. cap. II. aperte proditum est, *Matathiam fuisse sacerdotem ex familia Jojaribi.* Quod autem nonnulli contendunt, & inter hos Baronius, Matathiaæ Asamonai filios, quod ad matrem attinet, ad tribum Judæ retulisse originem suam, id si maxime verum esset, non tamen eo ostendi posset, eosdem Matathiaæ filios tribui Judæ quoq; accenseri posse. Notum enim est, *familiam matris apud Hebræos non fuisse familiam,* hoc est, ejus nullam rationem fuisse habitam, quâ matre natus quis esset: nec ei tribui suis se accensos, ex quâ mater esset, sed illi, cui pater accenseretur.

XII Apparet satis superq; inde ab excidio urbis usq; ad natum Christum nullos existisse Reges ex tribu Judæ oriundos. Et graviter igitur hallucinatos esse SS. Patres, qui illud asseruerunt. Quoniam autem illud non ita se habet, non integrum nobis erit, D. Patriarchæ verba sic ut iidem Patres fecerunt intelligere; perpetuò nimirum ex Judæ posteris Reges existuros fuisse donec Christus nasceretur. Quærendus omnino est alius intellectus. Vir summus, Is. Casaubonus Exerc. I. cont. Baron. num. II. & III. cum de isto S. Patrum *πνεύματι* & ipse monuisset, addit deinde, quid sibi verissimum videatur. Nos ipsa ejus verba huc transcribemus, quantumq; illa veri habeant, postea dispiciemus. *Nos contra à probamus, inquit, regnum quidem Judæ non promitti in ipsius tribu perpetuò ad Christum usq; duraturum: (non hoc velle S. Jacobum, ex Judæ posteris usq; ad nativitatem Christi perpetuò existurum Regem quendam) sed huic quidem tribui dignitatis quandam præcellentiam; cæteris verò tribubus, Reipublicæ aliquam fore inter ipsas formam, donec adveniat Silo. Et paucis inter-*

B

jectis:



jectis: Quis non intelligit rationi apprimè consentaneum esse, ut defectum sive ἀρααν ἢ ἀφάρασιν sceptri & legislatoris accipiamus de Republicâ Judæorum tum penitus eversâ. Quin ipsa oraculi verba, nisi ἐξελκω-  
 Φῆμῳ, eò nos planissimè deducunt. ὍΩ enim virga sive sceptrum, pars est Reip. primaria, penes quam summa rerum, & ut appellat Aristoteles, κύριον τῆ πολιτείας. Ex his non difficulter intelligitur, quid Vir summus sibi voluerit. Non capit ipse hunc intellectum ex verbis Jacobi, ex Juda posteris Reges orituros: sed quod Patriarcha dixit, non recessurum sceptrum à Judâ, ex eo capit hunc intellectum, Juda posteros atq; adeò omnes quosq; ceteros Israëlitas habituros summam rerum, & κύριον τῆ πολιτείας.

XIII. Ut autem intelligas, quantum ista duo discrepent, dicam adhuc clariùs. Per sceptrum intelligit Cl. Casaubonus talem summam potestatem, qualem vulgò in variis gentibus observamus. Est una quædam summa potestas, quæ Venetorum est. Est alia, quæ fœderatis Belgicis provinciis competit. Aliam quandam habet Russorum Princeps. Aliam rursus Rex Turcorum. Pari ratione Cl. Casaubonus existimat, D. Jacobum nihil aliud quàm hoc voluisse dicere, Juda posteros, cumq; his ceteros quosq; ab Israëlè ortos, habituros suam sibi summam potestatem ac imperium: fore eos Rempubli-  
 cam ab aliis gentibus separatam. Ita ὍΩ summa potestas non uni homini inter Hebræos tributa fuerit, sed toti genti. Et, si S. Jacobus hoc præcipue dicere voluit, posteros suos suam sibi summam potestatem ac imperium habituros, idem ille non & hoc dicere voluit, ex Judâ, uno filiorum suorum, ejusq; posteris longâ serie Reges exorituros. Plurimum sane interest inter hanc enunciationem, Ex Juda posteris perpetuò existet Rex aliquis, donec Messias veniet, & inter illam, Juda posteri cumq; his omnes ceteri Israëlita suam sibi summam potestatem & κύριον habebunt, donec Messias veniet. Habent istæ enunciationes diversa subjecta, & diversa item prædicata. Posterioris quidem subjectum est, Juda posteri, omnesq; ceteri Israëlita. Et huic subjecto tribuitur ἔξῆ habere suam sibi summam potestatem & κύριον τῆ πολιτείας. Prioris verò subjectum est Rex aliquis. Dequè hoc dicitur, existiturum eum omni tempore ex Juda posteris, donec Mes-  
 sias ve-



*fiat veniat. Credo nunc tandem sic satis apparere duarum prædicationum enunciationum discrepantiam. Si igitur posterior illa enuntio mentem D. Jacobi repræsentat, non potest ex ipsius verbis hoc quoque intelligi, ex Juda posteris longo ordine Reges exsturos. Qui dicit, omnes Israëlitas simul sumptos suam sibi summam potestatem & κῆρυον τῆ πολιτείας habituros, is sanè non hoc intelligendum dat, inter Israëlitas fore unum qui cæteris præsit. Multò minùs idem ille & hoc exponit, ex quanam Israëlitarum familiâ Rex iste oriturus sit. Nihil aliud ex istiusmodi verbis intelligi potest, quàm hoc, Israëlitas habituros summam potestatem, & κῆρυον τῆ πολιτείας, inter eos futuram democratiam quandam, τῆ κῆρυον penes omnem populum fore.*

XIV. Observemus porrò & illud, quòd Cl. Casaubonus per vocem יהודה Jebuda non Juda modò posteros, sed omnes Israëlitas sive Hebræos intelligat. Eà de re adscribam plura ejusdem verba ex Exerc. I. num. III. *Jude appellatione, inquit, in hoc oraculo populum universum Judæorum intelligi, mirum non est; sed prorsus ἑξ ὧν ἄρα, vel propter ejus tribus dignitatem, vel quia norat Spiritus Sanctus, qui per Jacobi os loquebatur, fore ut tempore illo quo hæc erant eventum, omnium tribuum commune nomen esset, populus Juda sive JUDÆI, & terra JUDÆA vel γῆ Ἰσραήλ, quam nominis assumptionem multis post seculis, divino consilio factam esse, ut de hujus prophetiæ fide luculentius constaret, cum Eusebio credimus.*

XV. Quòd Casaubonus per vocem יהודה omnes Israëlitas intellexit, id non placuit Cl. Petro Cunæo: de cætero autem non male ipsicum Casaubono convenit. Adscribam huc ipsius quoque Cunæi verba ex l. I. de Rep. Hebr. cap. IX: *Equidem ego sceptrum esse nihil aliud, nisi majestatem imperii opinor, eam nempe quæ ipsi Reip. assidet. Quare quorum Resp. est, eorum & sceptrum dici debet. Resp. autem Hebræa à Mosis seculo ad usq. Roboami regnum non Judæorum, sed duodecim tribuum fuit. Ex quo efficitur, etiam sceptrum per ea tempora omnium fuisse Israëlitarum. Cæterum de hoc sceptro quod diu commune XII. tribuum fuit, non locutus est divinus Patriarcha. Seros enim annos & ventura spectavit secula, cum tribus Juda, scisso in contrarias partes populo, suam sibi Remp. habere seorsim ab Israëlitis cepit, quam probavit dile-*



xix; Deus, atq; appellari de solo Juda nomine Judaicam voluit, donec is mortalium datus cœtibus esset cui imperium destinabatur, non Judeorum modo, sed gentium omnium. Atq; hanc quidem sceptri majestatem, ex quo tempore semel esse Judeorum cepit, mansisse eorundem dicimus, etsi mutatus interdum Reip. status, ac penes optimates modò pontificesq; modo penes reges principesq; summa fuerit imperii. Liquidò ex his apparet, quid inter sententiam Casauboni atq; Cunæi interstit. Casaubonus existimat de omnibus Israëlitis prædictum esse, eos sceptrum habituros usq; ad adventum Christi. Cunæus verò, de Jude posteris seorsim id esse dictum: & tum quidem posteros Judæ cœpisse sceptruta habere, cum decem tribus peculiarem sibi Regem sumserunt Jeroboamum. In cap. X. lib. I. ut suam sententiam amplius firmet Cunæus, profert locum ex Josepho, quo dicitur, decem tribus in Palæstinam nunquam rediisse, sed trans Euphratem ad Josephi usq; ætatem mansisse, atq; igitur accenseri haud posse Judæis (Judæ posteris) qui in Palæstinâ agebant.

XVI. Porro Cunæi sententiam amplexus est Joh. Wandalinus, qui nuper contra Wilh. Langium popularem suum nostrumq; amicam scripsit, cujus diatriben à venerabilibus Theologis approbatam video. Scribit is in cap. IX. Diatribes suæ, se illorum sententiam amplecti, qui solam tribum Juda à moribundo Vate intelligi censent, in eo tamen statu consideratam, in quo demum post decem tribuum à domo Davidicâ defectionem usq; ad Messia tempora perseveratura erat. Duas quidem è Leviticâ & Benjamiticâ tribu manissas simul promissione hæc comprehendendi se non diffiteri. At reliquas tribus scepero Davidico graves eò non pertinere se prorsus persuasum esse. Assensus etiam est amicus noster Georg. Ericus Phaletranus. Scribit is in cap. VI. suæ de sceptri Judaici ablatione dissertationis, D. Jacobum locutum esse non de tribu Juda, nec de toto populo Hebræorum, sed de regno Juda speciali, ad quod pertinuerint tribus Juda, Benjamin & Levi.

XVII. Quod ig. inter Casaubonum & alteros illos non convenit, id nos leve judicamus Nam nec Casaubonus tam imperitus fuit, ut nesciret, multa millia Judæorum in Palæstinam nunquam rediisse. Quòd verò scripsit, omnium tribuum Israëlitas à D. Jacobo indigitatas esse, eo sine dubio nihil aliud voluit, quàm, indigitatos esse omnes illos



illos *Israelitas qui in Palaestina confederunt*. Inter hos verò posterioribus quoque temporibus plurimos fuisse non ex tribubus Judæ, Benjamini & Levi, sed ex aliis tribubus oriundos, quis dubitet? Scimus inter illos quos Salmanassar deportavit, fuisse qui rectum Dei cultum servarint, & in Palaestinam redire cupiverint. De Tobia ejusque cognatis nota res est. Rediisse verò eorundem posterorum nonnullos in Palaestinam, id cum Wolfg. Franzio haud ineptè colligas ex divinis prædictionibus, quas in Prophetarum monumentis reperimus. S. Jeremias cap. III. v. 18. ita habet: *In diebus illis ibit domus Juda ad domum Israël, & venient simul de terrâ Aquilonis ad terram quam dedit patribus vestris*. Si verò maximè ex posteris deportatorum à Salmanassaro, nulli in Palaestinam migrassent, nondum tamen concedi necesse est, nullos ex cæteris decem tribubus oriundos, posterioribus seculis unâ cum Judæ posteris in Palaestinâ egisse. Constat enim tum cum Salmanassar gentem Hebræam deportavit, plurimos in antiquis sedibus mansisse, nec cum cæteris unâ fuisse deportatos. Manifestè id apparet ex II. Par. XXX. 6. ubi quippe legimus, quosdam evasisse manus Regis Assyriorum. Apparet item ex S. Hiskia literis, quas ad illos qui in Palaestinâ remanserant, misit, cum festum Paschatos prope esset ut agitaretur. Verba literarum ita habuerunt: *Si reversi fueritis ad Iehovam, fratres & filii vestri misericordiam consequentur coram illis qui captivos eos duxerunt, ut revertantur ad terram istam*. Cum post captivitatem Babylonicam in templo jam reedificato sacrificia immolarentur, omnium XII. tribuum nomine immolatum fuisse liquidò apparet ex cap. VI. Esræ, v. 17. Verba sic habent: *Obtulerunt in dedicatione domus Dei hircos caprarum pro peccatis totius Israël duodecim* יְרֵמְיָהוּ שְׁבַטֵי *secundum numerum tribuum Israël*. In libris N. T. memoratur S. Hanna, ab Afero oriunda. Dicitur item de terrâ Zabulon & Naphthali in cap. IV. Matthæi.

XVIII. Cæterum nec causa magnopere erat, quamobrem Cunnæus contenderet, decem tribus nunquam appellationem sortitos fuisse à Judæ, nec communi nomine unâ cum cæteris Israelitis Judæos fuisse appellatos. Scripserat Eusebius in octavo δοποδείξων, μίαν καθόλου τὴν τὴν Ἰεδα Φυλὴν καὶ τὴν παντὸς ἔθνους Ἰσραήλ φημίον



unam tribum Juda toti genti illustre nomen impertivisse, sive universam  
 Israëlitarum gentem à tribu Juda fuisse denominatam. Eusebium verò  
 secutus fuerat Vir summus Is. Casaubonus. An verò id meritò re-  
 prendit Cunæus? Scribit quidem satis confidenter in lib. I. de Rep.  
 Hebr. c. X: *Sed quid illud est quod toties & tam fidenter ait (Eusebius)*  
*duodecim tribus in universum fuisse Judæorum nomine appellatas? Est*  
*hoc Eusebii delirium & c. Nos id nunquam factum dicimus, sive tu tem-*  
*pora ista quæ scissionem regni Israëlitiæ antecedunt, sive ea spectes quæ inse-*  
*cuta pòst fuere.* Bona verba, Cunæi. Non deliravit Eusebius, cum  
 istæc scripsit. Primò id notum est, profanis scriptoribus τῶν Ἰσραηλιτῶν  
 Judæorum nomine comprehendi omnes Hebræos. Deinde nec  
 sacros Scriptores aliter fecisse satis constare potest. An  
 tam absurdus quisquam erit ut putet, cum in N. T. dicitur  
 βασιλεὺς Ἰσραηλίων, πρεσβύτεροι τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἐργῆ τῶν Ἰσραηλιτῶν, κη-  
 θαρισμὸς τῶν Ἰσραηλιτῶν, voce Ἰσραηλιτῶν neminem comprehensum esse,  
 qui ex unâ decem tribuum quæ à cæteris secesserant, ortus esset? Er-  
 gone S. Hanna, quæ ex tribu Aseri fuit, τῶν Ἰσραηλιτῶν Judæis accense-  
 ri haud potuit? Sed de illis fortasse concesserit Cunæus, qui in ipsâ  
 Palæstinâ egerunt inter Judæ posteros, eos omnes communi nomine  
 Ἰσραηλιτῶν fuisse dictos. An ergo negabit, inter istos τῶν Ἰσραηλιτῶν  
 quos ad festum Pentecostes agitandum Hierosolyma venisse in cap.  
 II. Actor. est proditum, ullam fuisse ex cæterarum tribuum aliquâ  
 oriundum? & omnes ad unum oriundos fuisse contendet ex Judæ poste-  
 ris? Venerunt Ἰσραηλιτῶν isti ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑποτῶν Ἰσραηλίων,  
 ex Parthiâ, Mediâ, Mesopotamiâ, aliisq; locis: ex illis, inquam, provin-  
 ciis, in quas decem tribuum homines deportaverat Salmanassar. Eos-  
 dem igitur ex variis tribubus fuisse ortos, plus sanè quàm verosimile  
 est. Quid quòd tam latè paruit nomen Ἰσραηλιτῶν, ut profelyti  
 quoq; ex gentilibus oriundi illi, eodem nomine appellarentur. Nec  
 posterioribus modò temporibus tam latè patere cœpit nomen istud,  
 sed & antiquissimis Mardochei & Estheræ temporibus: imò & jam  
 antea. Certè religione eâ imbui, quâ non tantum Judæ posteri, sed &  
 alii Israëlitiæ utebantur, in cap. VIII. Esth. v. 17. Hebraicè dicitur  
 יהודאזאזא Judæizare, Judæum fieri. Item, eâ linguâ uti, quâ non tan-



tum Judæ posteri, sed & cæteri Israëlita usi fuerunt, dicitur loqvi  
 יהודיים *Judaicè*. Idq; jam ante captivitatem Babylonicam, tempo-  
 re Hiskiaë puta, fuit factum. Hujus enim subditi à Rabsake, ad portas  
 Hierosolymorum יהודיים *Judaicè* loqvente petierunt, ut loqveretur  
 ארמית *Aramicè*. Intelligi quoq; ex eo potest, appellationem  
 יהודיים *Judeorum* valde late paruisse, & comprehendisse eos  
 quoq; qui ex cæteris tribubus oriundi fuerunt, quòd in libro Estheræ  
 cap. III. proditum est, Hamanem cogitasse omnes יהודיים *Judeos*  
 perdere, qui in toto regno Ahasveri fuerunt. Quis dubitet, hæc com-  
 prehendi etiam tales qui ex cæteris tribubus fuerunt?

XIX. Id leve est, ut dixi, quo Casaubonus discrepare putatur  
 à cæteris. Inter prædictos omnes autem illud convenit, per *sceptrum*  
 intelligendum esse κύριον & πολιτείας *summam potestatem, ac imperium*:  
 & *sceptrum* illud tributum esse *Judæis*; sive jam soli Judæ  
 posteri intelligantur, sive unâ comprehendantur cæterarum quoq;  
 tribuum homines. Putant illi omnes, S. Jacobum id voluisse, *sum-*  
*mam potestatem & κύριον non recessurum fuisse à Judæis, antequam*  
*Messias veniret, sive Judeos summam potestatem atq; imperium usq; ad*  
*illud tempus usq; habituros*. Sed ex adverso dicat aliquis, nõ posse id ita  
 intelligi; quandoquidem, cum *Hebræi Reges haberent ex suâ gente,*  
*summa potestas & imperium non penes populum, sed penes ipsos*  
*Reges, Davidem, Salomonem, aliosq; fuerit. Dicat quis, inquam,*  
*multis seculis non univèrsam populum, sed homines singulos, Re-*  
*ges scilicet summam potestatem ac imperium habuisse. De hoc igi-*  
*tur dubio eximendo non Casaubonus, sed post eum Cunaus cogita-*  
*vit. In cap. IX. lib. II. in eam sententiam Cunaus sic disserit: Nimis*  
*ineptè faciunt qui hic in arctum desiliunt, & nominis hujus honorem haud*  
*perlinere nisi ad Reges aut amant. Quicumq; enim populus suâ quadam*  
*Republicâ suisq; legibus utitur, is rectè gloriari de imperio, deq; sceptro po-*  
*test. Et paucis interjectis: Ne illud quidem nostrâ interesse arbitra-*  
*mur, quâ de gente aut tribu fuerint, qui Judaicas res moderati sint rexe-*  
*rintq;. Etsi enim per annos sanè multos regnum tenuerint Levitæ Has-*  
*monæi, fuit tamen nihilominus Resp. Judæi populi. Addit deinde non-*  
*nulla de majestate quam populus Rom. habuerit, judicibus Senecæ &*  
*Ulpia-*



Ulpiano: ut quòd Neroni dixit Seneca, non Remp. Principis esse, sed principem Reipublica: quòd item Ulpianus scripsit, majestatis crimen id demum esse, quòd aduersus populum Rom. vel aduersus securitatem ejus admittitur. Cunctum *et* *modò* secutus, & iisdem quoq; testimoniis usus est nuperus scriptor Joh. Wandalinus in cap. IX. Diatribes sua. Habet is inter alia sic: *Quid quæso interest, quia de tribu fuerint qui Judaicas res moderati sunt, modò ipsa Resp. & majestas realis penes Judæum populum fuerit? An putas, Langi, fœderati Belgii Remp. majestatem suam perdidisse cum Dictatorem sibi è Nassovica domo adseruie? An impium non penes Romanum populum extitisse censet, cum Galli Thraceus Imperatores eligerentur?*

XX. An credendum est, istos homines esse ex Joh. Miltonii grege? Sanè verba ipsorum nihil ferè aliud tinniunt. Contendunt scilicet, majestatem & summam potestatem semper esse populi, sive populos Regem habeat, sive non habeat. Nihil quicquam secundum ipsos discrepant, quòd ad summam potestatem quidem, hodierna fœderati Belgii Respublica, & Resp. Romana, cum Cæsares & Imperatores jam existerent. Et, quemadmodum non unus Princeps Auriacus summam potestatem in Belgio habet, ita nec apud Romanos summam imperium ac potestatem habuisse Augustos, Tiberios, Constantinos: sed tum quoq; imperium penes populum Rom. fuisse. *Quid igitur his hominibus faciemus? Non libet in præsentia de absurdo ipsorum epicheremate refutando multum laborare. Defuncti sumus istoc labore jam antehac in de summa potestate civitatem gubernandi quam unus habet, dissertationibus. Sed nec satis coherent, quæ illi scriptitant. Cunctus dicit, ipsum populum qui Regem habet, gloriari posse de imperio ac sceptro, id est, nisi nos omnia fallunt, ipsum populum habere imperium. Paulò post autem addit, Levitas Hasmonæos regnum tenuisse, Remp. autem fuisse Judæi populi. Sanè regnum tenere in Hebræo populo, nihil aliud est, quam imperium ac sceptrum tenere. Si igitur Hasmonæus quidam regnum tenuit, tenuit quoq; idem ille imperium ac sceptrum: non verò hoc tenuit populus. Deinde quàm *et* *modò* dicitur illud, *etsi per annos multos regnum tenuerint Hasmonæi, fuisse tamen nihilominus Remp. Judæi populi. Quasi verò, si Resp. sit Judæi populi, ipse Hebræus populus**



lus continuò & sceptrum teneat. Fuit sanè Respublica Judæi populi, hoc est, ipse ille populus fuit ipsa Respublica Judæi. Non tamen ille populus qui Respublica fuit, sceptrum tenuit: sed hoc tulerunt Reges. Diversa hæc sunt, populum quendam esse Rempublicam, & eundem habere sceptrum. Sed fortasse per Remp. intelligit ipsam summam potestatem: quod & Wandalinus facere videtur, cum scribit, *Remp. fuisse penes Judæum populum*. Tum verò usus vocis non satis concinnus videtur. Cæterum nec illud concedent fœderatæ Belgicæ provinciæ, se Dictatorem à Nassovicâ domo adscivisse. Sanè permultû est inter illum quem ista Resp. sibi ex domo Nassovicâ legere solet, & inter veteris Reip. Rom. Dictatores. Quî autem amicus noster Wilh. Langius tam absurdus sit, ut fœderati Belgii Remp. dicat majestatem suam perdere, cum è domo Nassovicâ legût cui *ερατηγίας* committant, quemadmodum Regibus suis solebant Spartani. Non abdicant illi majestatem ac potestatem suam, cum tale quid faciunt. Apud Romanos verò longè aliter se res habebat, cum populus Rom. *omne suum imperium & potestatem in principem conferret, ut est in leg. i. Digest. de const. Principum*.

XXI. Falsum omnino est, si populus quidam Regem habeat, ipsum populum summam potestatem ac imperium habere. Quamobrem nec de populo Hebræo, cum is Reges habuit, dici potest, ipsum summam habuisse potestatem: sed dicendum est ipsos Reges habuisse potestatem illam. Cumq; S. Patriarcha hæc satis præviderit, non purandum est, ipsum verbis suis hoc voluisse dicere, populum Hebræum perpetuò summam potestatem habiturum, donec Christus veniret. Si nunc porro ad vocem *שֵׁפְטָרָא* sceptrum attendamus, facile ex eâ quoq; id quod dixi liquere poterit. Crediderunt prædicti Viri clarissimi, eâ voce significari etiam posse *talem summam potestatem quam univèrsus populus habet*. Is. Casaubonus in Exerc. I. cont. Baron. Sect. III. ita habet: *שֵׁפְטָרָא virga sive sceptrum, pars est Reip. primaria, penes quam summa rerum, & ut appellat Aristoteles, τὸ κύριον & πολιτείας*. Cunæus item: *Quicumq; populus suâ quadam Republicâ suisque legibus utitur, is rectè gloriari de imperio, deq; scepro potest*. Nec discrepat is qui nuper scripsit, Joh. Wandalinus: *Quòd scepro nomine*



ne non necessario regalis majestas, sed quævis alia *ἀντιβασιλευς* sub quacumque regiminis formâ designetur, in omnibus linguis & inter omnes gentes in confesso est. Et aliquibus interjectis: *Quævis majestas sub quavis Reip. formâ sceptri notione designatur, aliudque quàm regius Magistratus eo nomine nonnunquam appellatur.* Contra ea nos asserimus, atque etiam demonstrare possumus, voce *שֵׁפֶטֶר* sceptrum non nisi eam potestatem quam unus habet, solere significari. In Casauboni autem verbis id seorsim non placet, quod scribit sceptrum esse primariam partem Reipublicæ, penes quam sit summa rerum. Quid illud est dicere, pars Reip. penes quam est summa rerum. Dicat potius, sceptrum esse ipsam summam rerum, ipsum *κράτος*, ipsam summam potestatem. Super Cunnæi verbis jam supra quædam disseruimus. De Wandalini autem verbis quid dicam? Voluit is amicum nostrum refellere, qui scripserat, post captivitatem Babylonicam sceptrum non penes Juda, sed penes Reges Babyloniæ, Chaldæos nempe, Persas & Græcos fuisse. Id igitur putavit se egregie præstitisse, si diceret, *quamvis majestatem sub quavis Reip. formâ sceptri notione designari, aliudque quàm regium magistratum nonnunquam eo nomine appellari.* Verum enim vero ista Wandalini amico nostro minimè satisfacient. Si maximè id probari posset, vocem *שֵׁפֶטֶר* posse *quamvis majestatem* significare, nihil tamen eo proficeret. Statim enim amicus noster rursus negabit, Hebræorum ac Persarum Regibus illi subessent. Habebant quidem Hebræi potestatem aliquam: sed ea non dici potest majestas. Hac enim voce designare solemus eam potestatem quæ alii non subiacet. Quod nec ipse Wandalinus aliter intelligat, id videor colligere posse ex alteris ipsius verbis, quibus dicit, *sceptri notione non necessario regalē majestatem, sed quamvis aliam ἀντιβασιλευς designare.*

XXII. Sed nunc ostendendum nobis, vocem *שֵׁפֶטֶר* sceptrum, quandocumque dominium & potestatem politicam significat, *totalem* designare quam unus habet. In Psal. XLV. de Christo dicitur: *שֵׁפֶטֶר* sceptrum regni tui est sceptrum rectum. Hic videmus, sceptrum esse regni, atque ad eum & Regis. In Ezech. XIX. v. ii. est allegoria de civitate Hierosolymis, his ferè verbis contexta, *fuisse istam civitatem*



*vitatatem tanquam vitem ad aquas plantatam, ejusque surculos adeo excre-*  
*viffe, ut ex his scepra Regum confieri potuerint: posthinc vero*  
*eandem vitem tales surculos non amplius habituram. Apparet ibi*  
*quoque scepra non nisi personis singulis, & quidem Regibus, at-*  
*tribui, vel potius, ipsos Reges in ista allegoria dictos esse שְׁבִטֵי*  
*sceptrum. Porro in cap. I. Amosi prædictum est, excisum iri ex Aſcalone*  
*שְׁבִטַּת תּוֹמֵךְ tenentem sceptrum, hoc est, principem Aſcalonitarum.*  
*Vides hic quoque uni seorsim sceptrum attribui. In cap. X. Zachariæ*  
*quoque per שְׁבִטַּת מִצְרַיִם sceptrum Ægypti ipse Rex Ægypti intelli-*  
*gitur. Nec non & in II. Sam. VII. v. 7. Judices Hebræorum qui an-*  
*te Reges fuerunt, dicuntur שְׁבִטִים. Verba ibi sic habent: An ver-*  
*bum ullum dixi אֶת-אֶחָד שְׁבִטֵי יִשְׂרָאֵל ad unum sceptrorum Israël*  
*(ad unum Judicum Israël) quibus præcepi ut pascereſt populum meum*  
*Israël. Vulgatus vertit: ad unum de tribubus Israël. Sed minùs con-*  
*cinnè, ut nobis quidem videtur. Intellexit iste Interpres non unam*  
*tribuum, non unam quandam tribum: sed unum hominem ex tribu qua-*  
*dam. Sed hunc intellectum, si maximè per שבט tribum intelligas,*  
*non tamen videntur ista verba ferre. Sic enim dicendum fuisset,*  
*אֶחָד מִן שְׁבִטֵי יִשְׂרָאֵל. Nunc verò dictum est, אֶחָד שְׁבִטֵי יִשְׂרָאֵל.*  
*Si igitur vox שבט tunc tribum significare posset, necessariò verten-*  
*dum sic foret, una tribuum Israël. Et sic quidem vertit Ar. Montanus. Pari-*  
*ratione & Græci Interp: Εἰ ἐλάλησα πρὸς μίαν φυλὴν Ἰσραὴλ.*  
*Verùm enimvero si ita veritas, non congruit id cæteris verbis: imò*  
*nec cum loco parallelo, qui in cap. XVII. lib. I. Paralip. est. De isto*  
*אֶחָד שְׁבִטֵי יִשְׂרָאֵל in prædictis verbis legimus, mandatum ei fuisse ut pa-*  
*ſceret populum Israël. Hoc autem toti cuidam tribui non competit.*  
*Deinde in parallelo loco verba sic habent: An verbum ullum locutus*  
*sum אֶת-אֶחָד שׁוֹפְטֵי יִשְׂרָאֵל ad unum judicum Israël, cui præcepi*  
*ut pascereſt populum meum Israël. Apparet satis manifestè, ipsos He-*  
*bræorum שׁוֹפְטִים judices in II. Sam. VII. dictos esse שְׁבִטִים. Hoc*  
*autem nomen, quòd aliàs ipsum sceptrum significat, nunc per meto-*  
*nymiam quandam est positum, & significat idem quod שְׁבִטַּת*  
*scepra tenentes, ut in cap. I. Amosi dicitur. Nec mirum id videri*  
*debet,*



deber, iudices Hebræorū dictos esse מַשְׁכָּוֶט *sceptrum tenentes*. Non quidem propriè dicti Reges, illi fuerunt. Sic enim nihil ipsi differrent à Saulo, Davide, cæterisqve Regibus. Nunc verò notum est, fuisse inter iudices Hebræorum & eorundem Reges, qui post successerunt, differentiam quandam. Si Reges se habuisse putassent Hebræi, non postulassent iidem, ut sibi novâ ratione Rex daretur. In cap. VIII. *Judicum* legimus, cum Gideon *Judex*, feliciter rem gessisset, eiq; regnum adjudicaretur, ipsum recusasse illud, suamq; gentem fuisse hortatum, ut ipsum Deum satis haberent Regem habere. Ex quo satis intelligitur, cum Gideon esset מַשְׁכָּוֶט *judex*, Hebræos ex hominibus Regem non habuisse. Iidem tamen Judices qui propriè dicti Reges non fuerunt, in libro *Judicum* non semel מַלְכִים *Reges* appellantur. Exemplum habes in extremo libro isto, in his quidem verbis: *In diebus illis non erat Rex in Israël: unusquisq; quod sibi rectum videbatur, id faciebat.* Quòd verò iudices istos videmus in II. Sam. VII. dictos esse מַשְׁכָּוֶט, ex eo quoq; satis apparet, vocem מַשְׁכָּוֶט non nisi personis singulis qui exortem quandam potestatem habent, competere.

XXIII. Porro & in aliis lingvis *sceptra non nisi personis singulis* attribuuntur: non verò ea vox significare solet eam potestatem, quam plures, e. g. totus populus, habent. Græci non totum quandam populum qui summam potestatem ac imperium habet, σκηπτέρων vocant: sed id nominis tantummodo *personis singulis* attribuunt. Apud Homerum frequens est, σκηπτᾶχοι βασιλῆες. Hesychius σκηπτᾶχοι non nisi per βασιλῆες exponit. Sic & σκηπτῆρ Φόρξ non nisi per βασιλῆες. De voce σκηπτῆρ autem cum notasset, significare eam quamvis ῥάβδον, addit deinde, καὶ τὸ βασιλικὸν ἢ ζυμβολον. Jovi quem inter Deos Regem fecerunt, sceptrum tribuunt Poëtæ, regis majestatis signum. Ovidius I. *Metamorphoseon*:

*Celsior ipse loco, sceproq; innixus eburno.*

Apud Homerum Ulysses ubi de imperio unius loquitur, sceptri iidem meminit, nim. Iliad. β.



— — Εἰς κρίρον © ἔτω

Εἰς βασιλεὺς, ὃ ἔδωκε Κρόνος πᾶσι ἀγκυλομήτεω

σκῆπτρον τ' ἠδὲ θέμισας, ἵνα σφίσι βασιλεύη.

Ibidem & de Rege Agamemnone ad naves descensuro :

Εἰλετο σκῆπτρον πατρώϊον ἄφθιτον αἰεὶ.

*Chryses Apollinis sacerdos filiam suam redempturus in castra Graecorum venit,*

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἐκηβόλος Ἀπόλλων ©

Χρυσέω ἀνὰ σκῆπτρῳ.

Habuit igitur & sacerdos iste sceptrum. Quod quidem non regiae potestatis symbolum fuit, sed talis tamen, quae unius erat, non plurium. Per sceptrum quoque jurabant Reges, aut ad iuramentum adigebantur. De Regibus qui heroicis temporibus fuerunt, Aristoteles in III. Polit. cap. IV. prodidit, eos populo jurare solitos: iuramentum autem fuisse τὸ σκῆπτρον ἐπὶ πᾶσι, *sceptri elevationem*.

Apud Homerum, Iliad. K. Solon ad Hectora :

Ἄλλ' ἄρα μοι τὸ σκῆπτρον ἀνάχθε καὶ μοι ὄμοσθε.

De Hectore verò sic habet divinus Poëta :

ὄδ' ἐν χερσὶ σκῆπτρον βάλε καὶ οἱ ὄμοσθε.

XXIV. Satis, credo, superque apparet, voce  $\text{שׁוּב}$  *sceptrum*, ubi potestatem ac imperium designat, eam duntaxat potestatem designare quam unus habet. Si igitur S. Patriarcha id sibi voluisset, summam potestatem ab universo populo Judaico non recessuram, sive quod idem est, populum Judaicum summam potestatem recenturam; si, inquam, id voluisset, non usus fuisset voce  $\text{שׁוּב}$  ad id significandum. Et quoniam eâ voce est usus, apparet manifestè, verborum ipsius alium omnino quærendum esse intellectum. Cæterum adhuc aliam quoque ob causam minùs recta videtur tum Casauboni, tum Cunæi expositio, eam puta, ob quam supra Fr. Junii sententiam rejecimus. Nimirum si vel Casauboni vel Cunæi sententia obtineat, D. Jacobus istis suis verbis de tribu Judæ nihil peculiare prædixit, nec de eadē tribu differuit separatim. Casaubonus credit, ipsum hoc voluisse, *summū imperium ac potestatem politicā non recessuram à Judæis*, hoc est, ab omnibus Israëlitis simul sumptis. Cunæus verò, *non recessurum*



summum imperium à posteris Judæ, iisq; junctis Benjamin & Levi posteris, qui unà cum posteris Judæ unam Remp. constituerint. Juxta has igitur expositiones non aliquid peculiare attribuitur tribui Judæ, sed tale modò, quod vel cum cæteris tribubus omnibus, vel minimum cum tribu Benjamin & Levi esset commune. Verosimile autem est, S. Jacobum, cum de tribu Judæ differere cœpisset, de eâ seorsim voluisse differere, quemadmodum & de cæterarum tribuum unaquaq; seorsim differuit: eidemq; peculiaria quædam voluisse attribuere.

XXV. Eæ interpretationes quas Casaubonus & Cunæus prodiderunt, propter tres gravissimas quas jam exposui, causas probari nobis nò possunt. Optimum a. factu videtur, vestigiis insistere antiquissimorum Interpretum ac Paraphrastarum: à quibus tam leviter recessum esse, idq; fecisse Viros undiq; doctissimos, non parum sanè miramur. Dicimus igitur, S. Patriarcham, cum *sceptrum* dixit à Judâ non recessurum, istis verbis sibi hoc voluisse, *ex tribu Judæ longâ serie Reges exoriturus, non defecturum Regem ex Judæ posteris*. Ita per שבט *sceptrum* intelligendus est שבט יהודה, σκηπτέριον, σκηπτέριον Φόρου, *sceptrum tenens sive tractans, hoc est, unus quidam qui κύριον τὸ πῶλεως habet*, qualem vulgo Regem appellamus. Nec mirum id esse debet, vocem שבט, & in versionibus quoq; vocem *sceptrum* per metonymiam quandam significare ipsum illum qui *sceperum tenet*. Nam & in lib. II. Sam. cap. VII. Hebræorum Judices, quos quandoq; etiam Reges appellatos esse supra diximus, manifestè appellantur שבטי ישראל, uti id itidem jam supra clarissimè expositum est. Si judices isti שבטי ישראל *sceptra* Israël sunt appellati, quidni & in verbis S. Patriarchæ per שבט intelligi posset שבט יהודה, *ipse homo qui sceptrum tenet, ipse Rex*. Cæterum de Rege dicitur, eum non recessurum à Judâ. Hic per Judam nos intelligimus tribum sive familiam Judæ. Verbum סור autem, quod vulgò recedere significat, quamvis istâ Latinâ voce in versionibus quoq; versum tolerari possit, concinnius tamen exprimitur Latinis vocibus *desicere, desinere*. Quæ significatio & alibi occurrit. In cap. X. Zach. v. ult. prædictum legimus his verbis שבט מצרים יסור. Eorum verò non alius intellectus quàm hic est, *sceptrum Egypti desitutum, non amplius futurum esse*.



XXVI. Atq; ista nostra interpretatio mentem veterum Interpretum planissime exprimit. Græci interpretes quid senserint, ex ipsorum versione apparet. Habet autem sic, *ὁν ἐκλείψει ἀρχῶν ἐξ Ἰσδα*. Vides, ipsos vocem שבט vertisse voce ἀρχῶν, quæ principem, & imperantem significat, talem hominem qui sceptrum habet & tractat. Deinde verbum יסור verterunt suo ἐκλείψει desiciet, desinet. *מִיְהוּדָה* verò verterunt non *ἀπὸ Ἰσδα*, sed *ἐκ Ἰσδα* ex Judæ: ut nim. ipsam originem & prosapiam significarent. Ex Judæ posteris erant Reges orituri: erant istis Judæ posteris multi Reges nascendi. Porro nec discrepant Chaldæi Paraphrastæ. Onkelos ita habet: *לֹא יֵעָרֵי עֵבֶד שְׁבֵטֵן מִדְּבֵרַת יְהוּדָה* Non recedet habens principatum de domo Judæ. Vides & hunc per vocem שבט sceptrum intellexisse ipsum hominem qui potestatem habeat & exerceat. Et talem hominem non desitutum ex domo sive familiâ Judæ, ex Judæ posteris. Jonathan quoq; alter Paraphrastes Chaldæus, valde concinnè, clareq; vertit: *לֹא פִסְקִין מַלְכִין וְשְׂלִישֵׁין מִדְּבֵרַת יְהוּדָה* Non desinent Reges & Principes de domo sive familiâ Judæ. Targum Hierosolymitanum habet similiter: *לֹא פִסְקִין מַלְכִין מִדְּבֵרַת יְהוּדָה* Omnes isti Interpretes, ut apparet, per שבט sceptrum in verbis Patriarchæ intellexerunt שבט תומך tenentem & tractantem sceptrum, Regem, Principem. Et talem unanimi consensu crediderunt non desitutum fuisse de sive ex familiâ Judæ; ex familiâ, Judæ, ut ex origine, talem exoriturum. Consentiunt quoq; Veteres Ecclesiæ Patres, quorum ipsa verba suprâ retulimus. Tantùm illud minùs rectè se habet, ut dicebamus, quod putarunt, perpetuò ad natiuitatem Christi usq; Reges exsisturos ex Judæ posteris. Quòd verò S. Patriarcha id sibi voluerit, ex Judæ posteris longâ serie Reges exorituros, id omnes illi satis rectè collegerunt.

XXVII. Non autem solâ veterum Interpretum autoritate stare opus est, verùm etiã, quòd eorum interpretatio rectè se habeat, id ex antecedentium & consequentium *Κοναφεία* clarissimè ostendi potest. Sanè & in antecedentibus S. Patriarcha jam locutus fuerat de potentiâ eminentiaq; posterorum Judæ. Verba sic habent, *Judæ te laudabunt fratres tui: manus tua in cervicibus inimicorum*



tuorum, adorabunt te filii patris sui. *Catulus leonis Juda, de prædâ filii ascendisti, requiescens accubuisti, ut leo & quasi leona quis suscitabit eum? Qvòd dicit Patriarcha, cæteros suos filios Judam adoraturos, eo sane non aliud sibi quàm hoc voluit, cæterorum suorum filiorum posteros veneraturos esse posteros Judæ.* Nihil enim dubium est, quin nominibus filiorum suorum S. Patriarcha designarit non ipsos illos filios suos, apud quos postremum tum differebat, sed istorum filiorum posteros. Rursus tamen non sic intelligi potest, singulos Judæ posteros sive singulos ex Judâ orituros adoratum iri à posteris cæterorum filiorum: sed restringendum utiq; illud est ad quosdam modò ex Judâ orituros, nim. ad Reges illos qui bene longâ serie regnarunt, Davidem, inquam, Salomonem cæterosq;: & deinde ad alios quosdam, qui cum itidem ex Judâ oriundi essent, eximiam quandam inter suos autoritatem ac potestatem habuerunt. Cum igitur istam eam sententiam Patriarcha differuisset, mox idem illud adhuc aliis verbis exprimit, & paulò quidem manifestioribus: terminum item temporis figit, ad quem usq; isthæc ita se habitura sint. *Non recedet sive deficiet, inquit, sceptrum, (Rex) à Judâ, (ex Judæ posteris,) neq; judex de femoribus ejus, donec veniat Schilo.* Sed de horum ipsorum verborum aliquibus paulò adhuc ampliùs est dispiciendum, de illis puta, *neq; judex de femoribus ejus.* Faciunt enim & ipsa ad intelligendum illud, quid proxima præcedentia sibi velint.

XXVIII. Hebræa sic habent: ומחוקק מבין רגליו. Ad hæc verò sine subaudienda quædam sunt, & ex proximis superioribus repetenda: nim. voces לֹא יסור, *non recedet, non deficiet.* Porro hæc ipsa quæ ex prioribus repetenda sunt, non totum prædicatum, sed hujusmodò partem habent. Torum autem prædicatum apparebit, si hæc conjungas, לֹא יסור מבין רגליו, *non recedet sive deficiet de femoribus ejus (Judæ).* Qui verò non recessurus sive defecturus dicitur de femoribus Judæ, is מוחקק dicitur. Sed quid מחוקק? Græci vertunt, ὁ κληρονομῶν. Hosq; imitans Latinus Interpres, *Dux.* Verus Interpres Chaldæus Onkelos vocem ספרא hic usurpat. Jonathan item, alius Chaldæus Interpres similiter habet, וספרין מאלפי, *scriba docentes legem.* Targum Hierosolymitanum quoq;



quoque non discrepat. Pagninus, Arias Montanus, Junius & Tremel-  
 lius ad vocem מִשְׁפָּטִים vertendam usurpant vocem *Legislator*. Nos  
 intelligi velimus *judicem*, qui causas civiles sua gentis secundum leges,  
 aut si hæ deficiant, suo arbitrato judicet. מִשְׁפָּטִים significat scribere, descri-  
 bere, sculperre, pingere, præscribere, statuere, decernere. Nobis verò  
 præcipuè observandum illud est, quòd verbum illud significat *decernere*,  
*judicare*. Quam eandem significationem verbum quoque in Piel  
 habet. Ejus exemplum est Prov. VIII. 15. *Per me reges regnant, & ma-  
 gnates מִשְׁפָּטִים יִשְׁפְּטוּ decernunt jus.* Item Es. X. v. 1. וְהָיוּ הַמִּשְׁפָּטִים  
 כְּמִשְׁפָּטֵי אֱוִילִים וְהָיוּ כְּמִשְׁפָּטֵי אֱוִילִים וְהָיוּ כְּמִשְׁפָּטֵי אֱוִילִים  
*Va illis qui decernunt decreta iniqua, & injusti am scribunt, ut pauperes  
 in judicio opprimant, & vim faciant cause humilium populi mei.* Vul-  
 gatus vertit: *qui condunt leges iniquas.* Id verò nobis non placet.  
 Non agitur ibi de ipsarum legum latatione: sed de iniquis judicum sen-  
 tentiis. Aliud est, *leges condere*: aliud *secundum leges, & contra eas de-  
 cernere*. Illud מִשְׁפָּטִים הַמִּשְׁפָּטִים legislatoris est: hoc verò *judicium & prae-  
 torum*. Satis verò apparet, in verbis Esaiæ non hos qui leges primùm  
 condunt, sed *ipsos judices*, qui causas civiles secundum leges latas, aut  
 ubi illæ deficiunt, pro arbitrato suo, & quàm rectissimè possunt, de-  
 cernunt, aut si ita non faciant, saltem ita facere debebant. Dicitur  
 ibi de oppressione pauperum, de vi quæ illis inferatur. De his ve-  
 rò non leges condi solent: sed si ista fiant, fiunt contra leges, & per  
 ipsorum judicium qui secundum leges decernere debebant, malitiam.  
 Ipsum participium מִשְׁפָּטִים quoque significatione *judicis* non semel ap-  
 paret. Exemplum est Es. XXXIII. v. 22: *Jehova שׁוֹפֵטֵנוּ, Jehova  
 מִשְׁפָּטֵנוּ.* Hic sanè vox מִשְׁפָּטִים videtur *ἰσθύναι* esse voci pro-  
 ximæ שׁוֹפֵט, quæ sine controversiâ *judicem* significat. In Ps. CVIII.  
 itemque in LX. S. David de amplitudine regni, quam sibi Deus conces-  
 serit, differens, hæc inter alia usurpat verba, יְהוָה מִשְׁפָּטֵי יְהוּדָה *Juda  
 est Judex meus.* Quorum verborum utique is intellectus est, Davi-  
 dem ex tribu Judæ per terras suas constituisse judices. Non debebant  
 illi leges condere, sed modò secundum jam latas leges decernere &  
 causas judicare. Vide & Deut. XXXIII. 21. & Num. XXI. 18. Cate-  
 rum nec dissentit hic à nobis, à quo nos discrepabamus supra, ò *ἰσθύναι*  
 Casaubonus. Scribit is in Exerc. I. cont. Bar. sect. 3. מִשְׁפָּטִים *sive legis-  
 lator*



lator est Reip. pars altera, Magistratus & judices, & qui dicuntur Græcis  
Nomotheta. Aristoteles nominat τὰς δεξιάς καὶ τὴν ἀριστεράν.

XXIX. Nunc pensitemus, quid de iudice sive magistratu in  
nostris verbis dicatur. Expressum id est hisce verbis, לֹא יִסּוּר מִכִּין רַגְלָיו  
non recedet sive non desinet ex femoribus ejus (Judæ.) Rectè sanè  
vox רַגְלָיו hic vertitur Græcâ voce μηροί, & Latinâ femora. Si-  
gnificat nim. ista vox non tantùm pedes, sed & partes corporis genita-  
les, tum virorum, tum foeminarum. Cujus rei clarissima exempla  
sunt Deut. XXVIII. v. 57. & Es. XII. 20. Patet & ex eo, quòd Hebræi  
urinam vocant מִיַּי רַגְלָיו aquas partium genitalium. Cæterum  
qui nascitur ab aliquo, is Hebræis dicitur יָצָא מִכִּין וְרָכַו egredi ex femore  
alicujus, item מִחִלְצֵי יָצָא מִכִּין egredi ex lumbis alicujus: quarum phra-  
sium exempla sunt Gen. XXXV. ii. I. Reg. VIII. 19. Gen. XLVI. 26.  
Formavit item juxta istas Hebræas phrasas Autor epist. ad Hebr. cap.  
VII. v. 5. phrasin ἐξέχεται ἐξ ὀσφύων τῶν. Quæ verò istarum He-  
bræarum phrasium sit ratio, id obscurum esse non potest. Cognata  
quòq; illis est ista phrasis, quæ in prædicto loco Deut. XXVIII. legitur,  
מִכִּין רַגְלָיו יָצָא exire ex genitalibus: quæ phrasis ibi de secundi-  
nâ puerperarum usurpatur. Satis manifestè hic apparet vocis  
רַגְלָיו significatio. Sed dices, differentiam tamen aliquam esse  
inter hanc significationem, & alteram illam, quam Græci voce μηροί,  
& Latinus voce femora expressit. Est sanè differentia non nihil: sed  
leve illud. Græcos autem conjicere licet eò libentiùs uti voluisse  
voce μηροί ad exprimendam vocem רַגְלָיו, quæ est in nostro lo-  
co, quòd scirent, ubi de generatione agitur, ibi frequentem esse vo-  
cis femora usurpationem. Sic etiam verterunt Deut. XXVIII. 57.  
τὸ ἐξέλθον διὰ τῶν μηρῶν αὐτῆς. Sed nunc totam phrasin considere-  
mus מִכִּין רַגְלָיו יָצָא מִכִּין סוּר recedere, deficere de femoribus. Significat ea  
nihil aliud quàm non amplius egredi de femoribus: non nasci sive genera-  
ri ab aliquo. Et quod Patriarcha dicit, judicem sive magistratum ex fe-  
moribus Juda non recessurum sive defecturum, ejus hic intellectus est, judi-  
cem sive magistratum ex femoribus Judæ semper egressurum, cum ex Ju-  
dæ nasciturum. In hanc ipsam sententiam sic verterunt Græci

καὶ ἡγάρ



וְיִשְׂרָאֵל (סוף עקלפון) עַל פִּי מַהֲרֹן אִיטָא (יִשְׂרָאֵל) Satis etiam  
 intellexerunt Chaldaei Paraphrastæ, S. Patriarcham voluisse *generatio-*  
*nem, procreationem* exprimere. Hinc Onkelos sic παρὰ Φρασεῖς:  
 (לְיִשְׂרָאֵל מִבְּנֵי בְנוֹהוּ וּסְפָרָא non deficiet scriba de filius filiorum  
 ejus. Et Jonathan ita: (לְיִשְׂרָאֵל מִזְרַעָהּ) & scriba de se-  
 mine ejus (non deficiet.) Targum Hierosolymitanum sic habet ut  
 Onkelos.

XXX. Cum igitur proxima ista sic se habeant, licet & hinc  
 colligere, alterorum quoque verborum expositionem, quam nos su-  
 præ dedimus, rectè se habere. Id solenne est sacræ scripturæ, unam  
 phrasin mox per aliam explicare. Quia igitur istis verbis, *Nec magistra-*  
*tus sive Judex recedet sive deficiet à femoribus Juda,* generatio sive pro-  
 creatio judicum exprimitur, qui ex Judâ nascituri erant: alteris quoque  
 prioribus, *non recedet sive deficiet sceptrum à Judâ,* generationem sive  
 procreationem expressam esse vero apprimè consentaneum est. Tunc  
*recedere sive deficere à Judâ,* inquam, nihil aliud est, quam *recedere sive*  
*deficere à femoribus Juda,* hoc est, ex Judâ non nasci, non procreari.  
 Ex adverso autem *non recedere sive deficere à Judâ* significat idem  
 quod *non recedere sive deficere à femoribus Juda,* hoc est, *à Judâ procrea-*  
*ri, ex Judâ nasci.* Porro quod dicitur *sceptrum non recessurum sive*  
*defecturum à Judâ,* id significat, *ex Juda femoribus non defecturum Re-*  
*gem, ex Judâ Regem esse nasciturum, à Judâ Regem procreatum iri.*  
 Nam per *טַרְטַר* sceptrum intelligendum esse eum qui sceptrum gerit &  
*trahat, quiq; imperium obtinet, cujus sceptrum illud est symbolum,* id  
 jam supra monitum atque probatum est.

XXXI. Sed hic nos urgebunt à δυνάτω quodam, dicentque,  
 non posse ex verbis istis, *sceptrum recedet à Judâ,* intelligi illud, *non de-*  
*fecturum Regem à Judâ,* sive *Regem ex Judâ semper nasciturum esse,* pro-  
 pterea quod mox temporis quidam terminus est additus, ad quem  
 usque sic futurum fuerit, is puta qui expressus est hisce verbis, *donec ve-*  
*niat Schilo.* Constare enim satis liquidò ex historiâ, non semper existi-  
 tisse Reges ex Judâ ortos, donec Christus venisset. Sexcentis circi-  
 ter annis istis, qui inter excidium templi, & nativitatem Christi inter-  
 cesserunt, neminem ex Judæ posteris Regem fuisse: idque ita fore,



B
 rum à Jeremiâ, tum ab Ezechiele clarissimè prædictum fuisse. Venerabilis Theologus in proluxâ sua de nostro dicto dissertatione scribit, posse dici, quòd vis scepri sub Maccabæis post Duces translata fuerit ad ipsum Sanhedrin, quòdque summus illius Synedrii præses semper ex Davide, adeoque Judæ tribu oriundus fuerit. Hæc tamen responsio non perinde ipsi placet, ut alia quædam. Et habet sanè illa dubium non unum. Primò sumitur illud, quòd probari vix potest, inde à captivitate Babylonicâ ad Hasmonæorum usque ætatem semper existisse Duces ex tribu Juda. Nos hoc scimus, præcipuâ quâdam autoritate in suâ gente fuisse Zorobabilem. De posteris ejus an simili illi autoritate fuerint, nõ satis liquet. Deinde Synedrii M. præsidem semper ex tribu Judæ, & amplius ex familiâ Davidis sumptum fuisse, unde, quæ so, probabitur? Non sanè id congruit cum illis, quæ Moses Maimonides in Halachâ Sanhedrin prodidit: הגורל בחכמה שבכלן מושיבין אותו ראש עליו. ומה ראש השיבתי והוא שקורין אותו: החכמן נשיב בכול מקום. *Qui cæteris sapientiâ antecellit, eum constituunt caput super se, & hic est caput confessus. Et hic ille est, quem sapientes ubiq, vocant NASI.* Si is constitutus fuit NASI & præses Synedrii, qui cæteris sapientiâ antecelluit, certè non ex Judæ posteris is perpetuò esse potuit. Quis enim credat, semper existisse quendam ex Judæ posteris, qui cæteris omnibus sapientiâ antecelleret?

XXXII. Prædictus venerab. Theologus utitur deinde aliâ responsione: quam sibi quoque magis placere proficitur. Exponit autem illam his verbis: *Non auferetur de Judâ sceptrum & regnum, aut dissipato eo, ad minimum Mechokek & Legislatores, donec veniat Messias.* Paucis interjectis addit, tempore Maccabeorum à Judâ sceptrum fuisse sublatam, relicto in eâ tribu Legislatore usque ad natum Christum. Habet porrò & hæc, sceptrum expirasse in ultimo Duce Hiskia, superstes interim mansisse, quòd in vaticinio nostro, scepro ad latus ponitur, Legislatorem & Sanhedrin, de quo libri Hebræorum Seder Olam, Zevach David, Talmud lib. Sanh. c. I. tradant, præsidem illius Consistorii semper fuisse ex posteris Davidis perinde ut cæteros assessores præcipuos. Concedit Venerabilis Theologus, sceptrum ex tribu Judæ ante defecisse, quàm Messias veniret: & quidem defecisse in ultimo Duce Hiskia. Amplius



plius, tempore Maccabæorum id fuisse factum, atq; tum ad ipsos Maccabæos fuisse translaturū. Sed de ducibus istis qui ad Maccabæorum usq; ætatem existerint, eorumq; postremo Hiskiâ non satis certò constare potest. Recensentur quidem in Seder Olam, Chronico Judaico non ita antiquo, nonnulli Duces qui Zorobabelis fuerint posteri, eisdemq; in officio successerint, interq; eos postremo loco Hiskias quidam. Sed quis securè credat istiusmodi Judæorum libris, ubi de rebus perantiquis produnt? Placet nobis iudicium magni Casauboni, qui cum de istis Zorobabelis posteris atq; successoribus dixisset, mox subdit: *Sed Rabbini in historiâ etiam sacrâ (nam in omni aliâ talis ut plurimum cæciores sunt) quàm parum fidei sit tribuendum, ignorat eruditorū nemo.* Porro & de *מלך Mechobek* omnino ad stipulari haud sustinemus, quòd id referri videmus ad præsidem Synedrîi Magni, qui perpetuò fuerit ex tribu Judæ. Monuimus de hoc jam antè. In demonstrato Talmudis loco nihil tale reperimus. Cæteris a. libris, Seder Olam & Zemach David, de talibus securè accredere non licet.

XXXII. Si dicendum sit, sceptrū antè defuisse, quàm Messias venerit, diceremus potiùs, sceptrum defuisse tum temporis cum ex tribu Judæ Rex desit, hoc est, cum Zedekiam ab imperio removeret Nabuchodorus Chaldæorum Rex. Post illa certe ex tribu Judæ nullus amplius Rex existit, uti id suprâ contra quosdâ veteris Ecclesiæ Doctores asseruimus. Sed dicat quis: si jam tum sceptrum defecit à Judâ, cum Zedekias ab imperio amoveretur, sexcentis circiter annis ante natum Christum, quomodo S. Patriarchæ vaticinio constabit fides sua? Annon id voluit Patriarcha, sceptrum non antè desitutum quàm Messias venisset? Responderi fortasse possit, non dixisse D. Jacobum, *sceptrum non defecturum ex Judâ, anteqvam Messias venisset*: sed dixisse, *sceptrum & iudicem sive magistratum non defecturum*. Ut hoc sibi voluerit Patriarcha, non desitutum utrumq;. Foret ita enunciatio ejus composita, & quidem copulata negativa: cuius vis talis esset qualis hujus, *Non deficiet & sceptrum & iudex sive magistratus: non & sceptrum & iudex deficiet, donec venerit Schilo*. Sic unum horum defecturum concederet, anteqvam Messias veniret, sceptrum nimirum. Defecturum autem utrumq; ante illud tempus, id verò negaret. De *פפן* autem, hoc est, iudice & magistratu satis constat, non defecisse

D 3

illum



illum ex tribu Juda, antequam Messias venisset Non verò opus est ad illud recurrere, quod paulò ante diximus venerabilem Theologum sibi velle, quod scil. præses Synedrui M. semper ex tribu Juda fuerit: sed intelligere hic licet alios quoque magistratus. Exsisterunt igitur ex posteris Judæ, iudices ac Magistratus, donec Christus veniret. Ex illis sine dubio fuit Zorobabel, quem Cyrus Persarum Rex una cum aliquot millibus permisit in Palæstinam commigrare. Interjecto deinde tempore, cum permissu Artaxerxis in Palæstinam ivit D. Esras, constituit hic regio mandato iudices ac præfides, uti legere est in cap. VII. lib. Esræ v. 25. Horum verò iudicum plurimi sine dubio ex tribu Judæ fuerunt. De securis quoque temporibus satis constat, ex tribu Judæ iudices existisse, qui suæ gentis causas cognoverint ac iudicaverint, qui merum mixtumque imperium in suâ gente habuerint. Sinebantur Hebræi suis institutis ac legibus vivere à Persarum Regibus. Cum deinde Macedones rerum potirentur, eadem usi illi fuerunt libertate. Hasmonæorum temporibus ex tribu Judæ existisse מחוקקים iudices ac magistratus, id quoque nihil dubium est. Cum autem Christus jam venisset, tum idem illud ἀξίωμα sublatum fuit. Notum est, quid coram Pilato professi fuerint Judæi, cum Salvatore nostrum ad supplicium raperent, οὐκ ἐξέτιμωμεν ἀντὶς δόξα καὶ σέβας, *Non licere sibi quæquam interficere: ut est in cap. XVIII. Joh. v. 31.* Ipsi quoque, Rabini in scriptis suis prodiderunt, quadraginta annis ante excidium urbis iudicia capitalia Judæis fuisse ademta. Maimonides in Hal. Sanh. c. 14: ארכעים שנהר קודם חרבן בית שני בטלו דיני נפשות מישראל אף ער' פי שהיה המקדש קיים מפני שגלו הסנהדרין ולא היו שם במקומם במקדש וכשנתלקחה השורה גלו ממקום למקום ולעשרה מקומות גלו וסופן בטיבריא ומשם לנת עמד בר' גורל עד עתה *Quadragesima annis ante excidium dium templi secundi ablata fuerunt iudicia animarum (capitalia) ab Israël; quamvis sanctuarium adhuc duraret: propterea quòd Synedruium magnū migravit, & non amplius fuit in loco suo. Et postquam legitimus ordo turbatus fuit, migrarunt de loco in locum, & quidem in decem loca migrarunt, & ultimus locus fuit Tiberias. Atque ab eò tempore non fuit Synedruium M. usque ad hæc tempora.*



XXXIV. Quod prodiderunt, XL. annis ante excidium urbis capitalia judicia Judæis fuisse adempta, id si verum esset, colligi ex eo liceret, paucis id annis ante passionem Christi fuisse factum; cum Româ in Judæam Procurator à Tiberio mitteretur Pontius Pilatus. Sed verisimilius videtur, LX. circiter annis ante excidium urbis idem fuisse factum; tum puta cum Archelaus, Rex Judææ, relegaretur Viennam in Galliam, & misso Româ Coponio, Judæa in provinciæ formâ redigeretur, quâ de re in lib. II. ἀλωσ. c. VII. prodidit Josephus. Sic plane & Johanni Drusio visum fuit, ut ex lib. IV. Præteritorum p. 147. apparet. Ibi nim. sic habet: *Adempta illis fuerunt capitalia judicia LXI. annis ante Ierosolymorum casum Archelao Viennam relegato.* Falsus autem fuit ex Batavis Vir Clarissimus, qui oræ Drusiani sui codicis allevit: forte XLI. Visus huic fuerat Drusius ex mente Maimonidæ & aliorum voluisse scribere, XL nim. annis ante excidium urbis capitalia judicia fuisse ablata: & numerum LXI. per typothetarum iacuriam positum esse pro numero XLI. Sed revera Drusius scripserat ex suâ mente, & à Rabbiniis voluerat nonnihil discrepare. Liqvet ex eo, quod addidit, *Archelao Viennam relegato.* Factum hoc fuit, non XL. annis ante excidium urbis, sed LX. circiter. De ipso Coponio, qui post relegatum Archelaum in Judæam venit, disertè Josephus I. II. ἀλωσ. c. VII. prodidit, ipsum à Cesare potestatem accepisse μέχε, τὰ κτείνειν, hoc est, ut Jcti loquuntur, cum imperio mero mixtoq;. Judæi autem solam cognitionem de crimine retinuerunt; pronuntianti sententiam cum effectu tum non ampliùs habuerunt potestatem, uti contra Baronium rectè judicavit Vir summus Is. Casaubonus, Exerc. XVI. sect. LXXI. Appositè quoq; in eam sententiam scribit Venerabilis Dn. D. Calixtus in lib. VI. Harm. Evangelicæ, cap. X. Ex quo, inquit, *Archelaus Viennam relegatus, & Judæa in provinciam redacta est, judicia capitalia Judæis à Romanis adempta erant, ut patet ex ipsorum confessione Job. 18. v. 31. Neg, Præsides, translata in se omni jurisdictione, quicquam reliqui fecerant, nisi ut causas cognoscerent & statuerent de iis quæ ad eorum legem, ritus & ceremonias spectabant, quæ Præsides nihil ad se & summam Reip. pertinere judicabant, ut patet ex Act. 25. v. 19.*

XXXV. De פרומודיע & magistratu satis liqvet, non defecisse eum ex Judæa posteris, antequam Messias venisset. Si igitur statuere velis,




velis, S. Patriarchâ uti voluisse enunciatione copulatâ, eaq; neg: cōcedere liceret, antè defecisse sceptrum, quod & vener. Theol. volebat; & sufficere possit, non defecisse judicem, & magistratum. Si quis autem securè accreditendum putet Judæorum Chronicis, non ita antiquis illis, Zorobabeli in eodem officio successisse ejus posteros usq; ad Maccabæorum tempora, itemq; Præsidem Synedrii M. quem מלך dicebant, semper fuisse ex posteris Judæ; si, inq;vâ, de his talibus accreditendū quis putet istis Chronicis, poterit sanè simul & hoc liquere, sceptrum quoq; sive talem qui sceptrum tenuerit, non defecisse ex Judæ posteris, anteqvam Messias venisset. Potest enim is quoq; dici sceptrum tenere, qui cujusdam judicium concilii præsides est. Tantūm hoc cavendum, ne sceptrum tribuamus toti cuidam genti, totivè concilio, ut Is. Casaubono, Petro Cunæo, aliisq; visum fuit. Non novum est in scripturâ, unis iisdemq; vocabulis exprimi diversos rerum status, qui modò aliquid habeant simile: cujus rei clarissima exempla produximus alibi. Sed fortasse ne hoc quidem necessarium est ad demonstrandum, quòd nec sceptrum antè defuerit, quàm Messias venisset, ut perpetuò vel Dux quidam, qualis Zorobabel fuit, vel Præsides Synedrii M. ex posteris Judæ exstiterit. Et sufficere fortasse possit, si modò tales exstiterint per intervalla: id quod sanè negari non potest. Nec exempla ejus rei in sacris defunt, quòd tale quod per intervalla modò fuit, quasi continuò quodam temporis tractu fuisse dicatur. Unum illustre est in cap. XV. Gen. v. 13. ubi Abrahamo prædicit Deus, ejus posteros in Ægypto duriter habitum iri CCCC. annis. Hoc verò non continuo temporis tractu factum scimus, sed modò per intervalla. Primò quidem ipse Abrahamus adversâ quædam in Ægypto expertus est. Interjecto deinde tempore filius ejus Isaacus consimili fortunâ usus fuit. Josephus item adversâ fortunâ in Ægypto aliquandiu usus fuit. Nec non est postremis temporibus omnium duodecim tribuum homines. Sed inter Josephi interq; omnium XII. tribuum adversam sortem intercessit bene longo tempore fors quædam optima ac latissima, uti ex sacris notum est. Nihilominus fecius in sacrâ Scripturâ prædictum est, posteros Abrahamo in Ægypto duriter habitum iri CCCC. annis. Atq; ut quod sentio ingenuè nunc ad extremum fatear, ista vaticinii Jacobæi interpretatio, quam postremo loco exposuimus, vero nobis maximè consentanea videtur.











XXXIV. Quod prodiderunt, XL capitalia iudicia Judæis fuisse adempta, id liceret, paucis id annis ante passionem Chrmâ in Judæam Procurator à Tiberio mirr verisimilius videtur, LX. circiter annis ante factum; tum putâ cum Archelaus, Romanam in Galliam, & missio Româ Coponic redigeretur, quâ de re in lib. II. ἀλώσ. c. plane & Johanni Drusio visum fuit, ut ex apparet. Ibi nim. sic habet: *Adempta illis 10 annis ante Ierosolymorum casum Archelaus autem fuit ex Batavis Vir Clarissimus, quâ allevit: forte XLI.* Visus huic fuerat D & aliorum voluisse scribere, XL nim. capitalia iudicia fuisse ablata: & numerum curiam positum esse pro numero XLI. Sed ex suâ mente, & à Rabbinis voluerat non eo, quod addidit, *Archelao Viennam releg. XL. annis ante excidium urbis, sed LX.* qui post relegatum Archelaum in Judæam ἀλώσ. c. VII. prodidit, ipsum à Casare πταίνεν, hoc est, ut JCTi loquuntur, cum iudæi autem solam cognitionem de criminâ di sententiam cum effectu tum non amputi contra Baronium rectè judicavit Virerc. XVI. scilicet. LXXI. Appositè quoque innumerabilis Dn. D. Calixtus in lib. VI. Harm. inquit, *Archelaus Viennam relegatus, & iudicia capitalia Judæis à Romanis adempta confessione Job. 18. v. 31. Neque Præsides, trans quicquam reliqui fecerant, nisi ut causas corum ad eorum legem, ritus & ceremonias spectare ad se & summam Reip. pertinere iudicabant.*

XXXV. De προπικω iudice & magistrali eum ex Judæa postea, antequam Messias

excidium urbis, colligi ex eo; cum Romano; Pilatus. Sed bis idem fuisse aretur Viennæ vincæ formâ Josephus. Sic orum p. 147. iudicia LXI. gato. Falsus sui codicis Maimonidæ um urbis capitaliarum iudiciorum inus scripserat. Liqvet ex hoc fuit, non so Coponio, Josephus I. II. esse μέγετε mixtoque. Judæi pronuntiant potestatem, faubonus, Ex scribit Ver. X. Ex quo, rem redacta est, et ex ipsorum jurisdictione, tuerent de iis Præsides nihil. 25. v. 19. et, non defigitur statuere velis,

